propterea benedixit te deus in eternum, cum enim dei conservat terram dei: benedictio enim in scriptura
pro multiplicatione & augmentatione. Hec gratia diffusa est gratia in labiis Christi: sequitur multiplicatio fidelium. & hec in eternum, quia non cessabit terra.

Specie tua & pulchritudine tua: Ista pronomina tua iacta hic cum emphasi: veniunt cum non habes speciem sed tua (spiritualem). Sed quo differunt Species & pulchritudo? forte quia Species naturalis, pulchritudo autem grata sunt. Et nota quod non ad imperium & bella intende. Sed Specie tua, Cum non in violentia sed in amore regnum Christi incepit & stat & conservat. Alii Species charitas, pulchritudo autem exornate virtutum decor. Alii Species sancte [illegible]: decor opera multiformia

Populi sub te cadent. Iste versus est salutis: quod cadunt de statu peccati & superbie. Et sub Christo. Alii cadunt alii sub diabolo & sub peccato. Ut ad Ro. 6. Cum enim servi essetis peccati: liberi fuistis iustitie: Nunc autem liberati a peccato: servi facti estis iustitie

oleum letitie, non quod est carnale oleum. sed spirituale: quod tale letificat cor

Myrrha est arbor aromatica in Arabia frequens: sed et in India & Ethiopia nascens. Eius Gummi est duplex. primum quod ante incisionem sponte effluit & exsudatur: quod grece stacte ~~& alopi quod non aloes dicitur~~ latine autem Gutta sive Stilla. Et sic in prov. 7. Exo. 30. myrrha electa & prima. Et in Cant. Myrrha prima & probatissima & electa vocatur: Hec est optima omnium: amarissima & viridis coloris & clarissimi. Valet autem mirifice ad sanitatem corporis et vulnera sananda: maxime ad incorruptibilitatem servandam: Et aliud autem Gummi: quod effluit ex incisione Myrrhe. & hoc retinet nomen gumme arboris. Ut et in Evang. Iohe. 19. Venit autem Nicodemus ferens mixturam Myrrhe & aloes (c. quasi libras centum) Utrumque autem in heb. nomen sed autem amaritudine. Ut & b. Hiero. hoc loco in heb. Aloe

ut forte talis sit censendus translator

~~Casia autem & fistula dicitur ab aliquibus~~ hebrei dicit. Sic & Cant. 4. Myrrha & Aloe, cum omnibus unguentis primis. Et Ps. mihi [illegible] Aloen & gutta [illegible]: ex istis duobus locis Et Myrrha utrumque gummi [illegible]

quod & fistula dicitur

Casia frutex Ethiopis odoris mollissimi, & ad balsami odorem proximi: valet autem ad unguenta & aromata singulariter. Plinius vide li. 12. c. 19. Sed vide

Nisi propheta ista vellet de spiritu intelligi: quod nihil aut grande de Christo predicaret: cum Aaron in veste sua: meliora unguenta & ornamenta habuerat: Et & tabernaculum fragrans fuit. quod hic describitur Christus: si stem verum accipias

Sed tamen intelligendus hic psalmus ex mysterio figure: que scribitur Exo. 29 & 30. Ubi Deus precepit Mosi: ex Myrrha, cynamomo, calamo, casia & oleo unguentum facere quo ungeret omne tabernaculum & suppellectilem eius, sacerdotes & vestes eius: Quas res scribit esse eam & omnes personas Christi spiritualiter ungendi erant gratiis donis & virtutibus: Et hanc fragrantiam hic propheta exprimit Sic & I. Ps. 132. Sicut unguentum in capite quod descendit in oram etc. Myrrha ergo & gutta & Casia (i. unguentum ex illis confectum. (i. gratia per tales confecta fragrans in omnibus fidelibus Christi diffusa est Et odor illius unguenti: Est opera & bona fama. Sic et Apost. Bonus odor Christi: aliis odor vite in vitam aliis odor mortis in mortem. Et eadem res facta est per unguentum Nicodemi quo mortuum Christum unxerunt Symbola autem Myrrhe & gutte multa sunt, tamen tria est in usu maxime. Et sic Myrrha arcet putredinem in corporibus mortuis. Ita gratia conservat hominem a corruptione: in mortificato corpore: Ergo Myrrha spiritu castitatem facit: Gutta autem virginitatem, Casia compatibilis virtutes